Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

in epistola ad monachos egypti.

quoniam sic posuimus. Cirillus. Ait enim apostolus
de unigenito quod cum in forma dei esset, non
rapinam arbitratus est esse se equalem deo etc. Quis
est igitur ille qui est in forma dei? Aut quomodo ex
inanitus est et descendit ad humilitatem servi
in formam? Et quidem si predicti heretici in duos divi
dentes Christum, id est in hominem et verbum, hominem dicunt susti
nuisse exinanitionem, separantes ab eo dei verbum:
ostendendum est quod in forma et equalitate in
tellectus et fuit patris sui, ut exinanitionis sustineret
modum. Sed nichil creaturarum est si secundum propriam
intelligatur naturam in patris equalitate. Quomodo igitur
exinanitus dicitur, et ex qua eminentia ut esset homo
descendit? Aut quomodo intelligitur accepisse tamquam
quasi non habens in principio servi formam? Sed aiunt
quod verbum patri esse coexistens habitavit in homine
nato per mulierem, et hoc est exinanitio. Sed tamen au
dio dicentem filium sanctis apostolis: Si quis diligit
me, verbum meum custodiet etc. Audis quomodo
in eis qui se diligunt se et sibi cohabitare dixit
deum patrem? Putas igitur ipsum exinanitum et incarnatum
dabimus et servi formam suscepisse quando
diligentium se cordibus sanctis fecit mansionem?
Quid autem Spiritus habitans in nobis putatis et ipse huma
nationis dispensationem adimplet? Abbas

ad archibi um presbyterum.

Ysidorus. Cum ne universa divinitus sint,
unum ad quod universa tenduntur dicentes quod ille
qui deus erat humilia loquitur dispensative, si
mul et utile est et nichil inviolabili nature preiudi
cat. Etenim si qui homo erat divina et supernaturalia qui
dam loqueretur, summe presumptionis esset malum.
Nam regi quidem licet et humiliter agere, militi
vero non licet imperiales voces emittere. Si igitur deus
erat humanatus, et humilia locum habent. Si vero homo

de heresibus

tantum erat, excelsa non habent locum. Aug. Sabel
lium discipulum noeti quidam perhibent, qui dice

contra hereticos

bat Christum eundem et patrem et spiritum sanctum. Athan.
Huius autem insanissimi furoris audaciam ce
lestium testimoniorum auctoritate frenabo ad demon
strandam proprie subsistentie filii personam, non illa que post
susceptionem congruere cavillantur assumens, sed illa
in medium proferens testimonia que sine ullo
ancipitis intelligentie scrupulo divinitati
eius competere omnes pariter confitentur. In genesi enim
dominum dixisse legimus: faciamus hominem ad yma
ginem et similitudinem nostram. Ecce pluraliter dixit
faciamus, alium videlicet indicans ad quem loquebatur fore
sermo. Si unus esset, ad ymaginem suam fecisse memo
raretur dixisset; nunc autem alter alterius ymaginem aperte
fecisse describitur. Glo. Alii vero veritatem Christi huma

de heresibus.

nitatem negaverunt. Aug. Valentinus enim
dixit Christum a patre missum spirituale vel celeste cor
pus attulisse, nichil quod assumpsisse de maria vir
gine, sed per illam tamquam per rivum aut fistulam si

contra faustum.

ne ulla de illa assumpta carne transisse. Aug. Nos autem
non ideo credimus natum ex maria virgine quod ali
ter in vera carne existere atque hominibus apparere non posset,
sed quia sic scriptum est in ea scriptura cui nisi credi
derimus nec christiani nec salvi esse poterimus.
Si autem de celesti vel aerea vel humida creatura cor
pus assumptum vellet commutare in humane car
nis visibilem qualitatem, hoc eum potuisse facere

de heresibus

quis negaret? Aug. Manichei vero dixerunt
fantasma esse dominum ihesum Christum nec femine

lxxxiii. q°.

utero posse nasci. Aug. Sed si fantasma
fuit corpus Christi, fefellit Christus. Non igitur fantasma

4 si fallit veritas non est. est autem veritas Christus

fuit corpus eius. Glo. Et quia principium huius evan
gelii et etiam evangelii secundum lucam manifeste ostendit
Christum natum ex femina, ex quo apparet vera Christi huma
nitas, utriusque evangelii principia negant.

Aug. contra faustum.

Ex libro. Unde Faustus dicit: Evangelium quidem
a predicatione Christi et esse cepit et nominari, in quo ipse
nusquam se natum ex hominibus dicit. At vero genealogi
a adeo non est evangelium, ut nec eius scriptor aus
us fuerit eam evangelium nominare. Quid enim scribit?
Liber generationis ihesu Christi filii david. Non igitur liber
evangelii ihesu Christi, sed liber generationis. At vero
quia marchus quia generationem scribere non curavit
sed tantum predicationem filii dei quod est evangelium,
vide quam competenter sit exorsus: Evangelium ihesu
Christi filii dei. Ut et hinc satis appareat
geneologiam non esse evangelium. Nam et ipso in
matheo post inclusum iohannem in carcere tunc
legitur ihesum cepisse predicare evangelium regni.